

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Hódie cœlesti sponso juncta est Ecclesia, quoniam in Jordâne lavit Christus ejus crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facta vino lætatur convivæ, alleluia.

**Oratio.**

**D**eus, qui hodiernâ die Unigenitum tuum Gêntibus stellâ duce revelasti: concède propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam sp̄ciem tuæ celsitudinis perducâmur. Per eundem Dôminum nostrum.

**Ad Primam, R. br.** Christe Filii Dei vivi. **Y.** Qui apparuisti hodiè.

**Et sic dicitur per totam Octavam.**

**Ad Tertiam, Antiphona.**

Venit lumen tuum. **Capitulum.**  
Surge illuminâre, ut suprâ, 247.

**R. br.** Reges Tharsis, & insulæ mînera offerent, \* Alleluia, alleluia. Reges Tharsis. **Y.** Reges Arabum, & Saba dona adducent. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Reges Tharsis.

**Y.** Omnes de Saba venient, alleluia.

**R.** Aurum & thus deferentes, alleluia.

**Ad Sextam, Antiphona.**  
Apertis thesauris suis.

**Capitulum.** **Isaia 60.**

**L**eva in circûitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longè venient, & filiae tuæ de latere surgent.

**R. breves.** Omnes de Saba venient, alleluia, alleluia. Omnes de Saba.

**Y.** Aurum & thus deferentes. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Omnes de Saba.

**Y.** Adorate Dôminum, alleluia.

**R.** In aula sancta ejus, alleluia.

**Ad Nonam, Antiphona.**  
Stella ista.

**Capitulum.** **Isaia 60.**  
Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Dômino annuntiantes.

**R. br.** Adorate Dôminum, \* Alleluia, alleluia. Adorate. **Y.** In aula sancta ejus. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Adorate. **Y.** Adorate Deum, alleluia. **R.** Omnes Angeli ejus, alleluia.

**Ad Vesperas, Antiphona.** Ante luciferum, cum reliquis de Laudibus. 247. Psalm. Dixit Dôminus, cum reliquis de Dominica.

**Et sic dicitur per totam Octavam, Capitulum.** Surge illuminâre. Hymnus. Crudelis Herôdes. **Y.** Reges Tharsis, ut suprâ, 239.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Tribus miraculis ornatum diem sanctum cõlimus: hodiè stella Magos duxit ad præsepium: hodiè vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodiè in Jordâne à Joanne Christus baptizati voluit, ut salvaret nos, alleluia.

**Oratio.** Deus, qui hodiernâ, ut supra.

Si Epiphania venerit in Sabbato, in secundis Vesperis fit Commemoratio Dôminicæ infra Octavam. Antiphona. Remansit. **Y.** Omnes de Saba. **Oratio.** Vota, ut infrâ, 261.

Intra Octavam Epiphaniæ si occurrat Festum Duplex, vel Semiduplex, transferuntur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiæ, vel Dedicatio ejusdem, ut dicitur in Rubrica de Octavis: de Simplificibus verò fit Commemoratio.

**Ad Matutinum, Y.** Dômine labia mea. Invitatorium & Hymnus ut suprâ in Rubrica Festi ponitur. 239. Reliqua omnia ut in die Festi, præter Lectiones & Antiph. ad Benedictus & Magnificat, quæ singulis diebus habentur propria, ut sequitur.

De Dominica infra Octavam in quacumque diem Octavæ incidit, fit Officium ut infrâ ordinatur, 261. & in ea ponitur Epistola prima ad Corinthios, omissis Lectionibus de Epistola ad Romanos.

Post

Post Dominicam verò, continuantur dies Octavæ eodem numero, quonotantur, perinde ac si Dominica non interessisset. Exempli gratia: si Dominica venerit in tertia die infra Octavam, prima die post Dominicam Lectiones ij. & iij. Nocturni, & Antiph. ad Benedictus & Magnificat, dicuntur de tertia die infra Octavam, & sic deceps de aliis. Lectiones tamen primi Nocturni de Epistola ad Romanos omituntur, & pro iis sumuntur de Epistola prima ad Corinthios, quæ sequuntur post Dominicam; & de ea legitur etiam post Octavam usque ad Dominicam sequentem.

**SECUNDA DIE**

**Intra Octavam Epiphaniæ.**

**In primo Nocturno.**

**De Epistola ad Romanos.**

**Lectio ij.** **Cap. 9.**

**V**eritatem dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia meâ in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlita, quorum adoptio est filiòrum, & glória, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

**R.** Tria sunt mûnera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Dômino in die ista, & habent in se divina mysteria: \* In auro, ut ostendatur Regis potentia: in thure, Sacerdotem magnum considera: & in myrrha, Dominicam sepulturam. **Y.** Salutis nostre auctorem Magi venerati sunt in cunâbulis, & de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. In auro.

**Lectio ij.**

**N**on autem quod excedit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, & astimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniam: & erit Sara filius. Non solum autem illa: sed & Rebécca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri.

**R.** In columbæ sp̄cie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est:

\* Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **Y.** Cœli aperti sunt super eum, & vox Patris intónuit. Hic est.

**Lectio iij.**

**C**um enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (non secundum electionem propositionis Dei manerent) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minóri, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quis ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserëbor, cujus misericordiam præstabo cujus miserëbor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

**R.** Reges Tharsis, & insulæ mûnera offerent: \* Reges Arabum, & Saba dona Dômino Deo adducent. **Y.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glória Patri. Reges Arabum.

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Augustini Episcopi. **Serm. 2. de Epiph. qui est 30. de Temp.**

**Lectio iv.**

**A**d partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diem hodiè celebrâmus, huic

dic-



in cunabulis, & de thesauris suis mysticas ei numerum species obtulerunt. In auro.

**Lectio ij.**

**S**icut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

**R.** In columbae specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: **V.** Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Caeli aperti sunt super eum, & vox Patris intonavit. Hic est Filius meus.

**Lectio iij.**

**D**ilectio sine simulatione. Odiens malum, adherens bono: Charitate fraternitatis invicem diligentes: Honore invicem praevenientes: Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: Domino serviens: Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes: Necessitatem sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentes vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flere cum flentibus: Idipsum invicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

**R.** Reges Tharsis, & insulae munera offerent: **V.** Reges Arabum, & Saba dona Domino Deo addicent. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Gloria Patri. Reges Arabum.

**In secundo Nocturno.**

De Sermone Sancti Augustini  
Episcopi.

Sermone de Epiphania.

**Lectio iv.**

**C**um tam multi jam nati atque defuncti essent reges Judaeorum, numquid quemquam eorum adorandum Magi quaesierunt? Non. Quia nec quemquam eorum caelo loquente didicerunt. Verumtamen, quod praeterendum non est, haec Magorum illuminatio magnum testimonium cecitatis exitit Judaeorum. In terra eorum isti requirebant, quem illi in sua non agnoscebant.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: **V.** Et gloria Domini super te orta est. **V.** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et.

**Lectio v.**

**A** pud eos isti infantem invenierunt, quem illi apud se negaverunt. In his terris de longinquo isti & peregrini puerum Christum nondum verba promentem adoraverunt, ubi cives illi juvenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris parvis Deum adoraverunt, illi in magnis factis nec tamquam homini pepercere: quasi plus fieri videre novam stellam in ejus nativitate fulgentem, quam solem ejus in morte lugentem.

**R.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. **V.** Alleluia, alleluia, alleluia. **V.** Reges Tharsis, & insulae munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducunt. Alleluia.

**Lectio vj.**

**J**am verò quòd eadem stella, quae Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre virgine Deus infans, quae utique poterat eos ad ipsam perducere civitatem, se tamen

sub-

subtraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de civitate, in qua Christus nasceretur, iidem ipsi interrogarentur Judaei, & ipsi eam secundum divinam Scripturam testimonium nominarent, ipsi dicerent. In Bethleem Juda. Sic enim scriptum est, Et tu Bethleem terra Juda non es minima in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel: quid aliud hic significavit divina providentia, nisi apud Judaeos solas divinas litteras remansuras, quibus Gentes instruerentur, illi excacerentur?

**R.** Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quaerentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? **V.** Et venimus adorare Dominum. **V.** Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

**Lectio vij.**

**C**um natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorii Papae.

Ex Homilia 10. in Evangelia.

**M**agi vero aurum, thus, & myrrham deferunt. Aurum quippe Regi congruit, thus vero in Dei sacrificium ponitur, myrrha autem mortuorum corpora conglutuntur. Eum ergo Magi, quem adorant, etiam mysticis muneribus praedicant: auro Regem, thure Deum, myrrha mortalem. Sunt vero nonnulli haeretici, qui hunc Deum credunt, sed ubique regnare nequaquam credunt. Hi profecto ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli, qui hunc Regem existimant,

sed Deum negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt.

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, anteedebat eos, donec venirent ad locum ubi puer erat. **V.** Videntes autem eam, gavisus sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes.

**Lectio viij.**

**E**t sunt nonnulli, qui hunc & Deum & Regem fatentur, sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei aurum & thus offerunt, sed offerre myrrham assumpsisse mortalitatis nolunt. Nos itaque nato Domino offeramus aurum, & hunc ubique regnare fateamur: offeramus thus, ut credamus quòd is, qui in tempore apparuit, Deus ante tempora extitit: offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem.

**R.** Videntes stellam Magi, gavisus sunt gaudio magno: **V.** Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: **V.** Et aperti thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. **V.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, anteedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes. Gloria Patri. Et aperti.

**Lectio ix.**

**Q**uamvis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud potest. Auro namque sapientia designatur, Salomone attestante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem, quod Deo incenditur, virtus orationis exprimitur, Psalmista testante, qui dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

Per

Per myrrham verò, carnis nostræ mortificatio figuratur. Unde sancta Ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro Deo certantibus dicitur: Manus meæ distilaverunt myrrham. Te Deum laudamus. 13.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Tria sunt mûnera, quæ obtulerunt Magi Dômino, aurum, thus, & myrrham, Filio Dei, Regi magno, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Lux de luce apparuit Christi, cui Magi mûnera offerunt, alleluia, alleluia.

**QUARTA DIE.**

**In primo Nocturno.**

De Epistola ad Romanos.

**Lectio i.** *Cap. 13.*

**O**mnis anima potestâtibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum.

**R.** Tria sunt mûnera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Dômino in die ista, & habent in se divina mysteria: • In auro, ut ostendatur Regis potentia in thure, Sacerdotem magnum considerat: & in myrrha, Dominicam sepulturam. **V.** Salutis nostræ auctorem Magi venerati sunt in cunâbulis, & de thesauris suis mysticas ei mûnerum species obtulerunt. In auro.

**Lectio ij.**

**S**i autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscien-

tiam. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum serviêntes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

**R.** In columbæ specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: • Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Cæli apèrti sunt super eum, & vox Patris intônuit. Hic est.

**Lectio iij.**

**N**emini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

**R.** Reges Tharsis, & insule mûnera offerent: • Reges Arabum, & Saba dona Dômino Deo adducent. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glória Patri. Reges Arabum.

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Sermone 1. de Epiphania.

**Lectio iv.**

**C**elebrato proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Salvatorem, Epiphania nobis, dilectissimi, veneranda festività dat perseverantiam gaudiorum: ut inter cognatarum solemnitatum vicina sacramenta exultationis vigor & fervor fidei non tepescat. Ad omnium enim hominum spectat salutem, quod infantia mediatoris Dei & hominum, iam universo declarabitur mundo, cum adhuc exiguus detineretur oppidulo.

**R.**

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: • Et gloria Dômini super te orta est. **V.** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et.

**Lectio v.**

**Q**uamvis enim Israëliticam gentem, & ipsius gentis unam familiam delegisset, de qua naturam universæ humanitatis assumeret, noluit tamen intra maternæ habitationis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab omnibus voluit agnoscî, qui dignatus est omnibus nasci. Tribus igitur Magis in regione Orientis stella novæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris pulchriorque sidèribus, facile in se intuentium oculos animosque converteret: ut confestim adverteretur non esse otiosum, quod tam insolitum videbatur.

**R.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Dômino annuntiantes, • Alleluia, alleluia, alleluia. **V.** Reges Tharsis, & insule mûnera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent. Alleluia.

**Lectio vi.**

**D**edit ergo aspicientibus intellectum, qui præstitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri: & se inveniendum obtulit requisitus. Sequuntur tres viri superni luminis ductum, & prævii fulgoris indicium intentâ contemplatione committentes, ad agnitionem veritatis gratiæ splendore ducuntur, qui humano sensu significatum sibi regis ortum æstimaverunt in civitate regia esse querendum. Sed qui servi susceperat formam, & non judicare venerat, sed judicari, Bethleem præelegit nativitati, Jerusolymam passioni.

**R.** Magi veniunt ab Oriente Jerusolymam, querentes, & dicentes:

Ubi est qui natus est, cuius stellam vidimus? • Et venimus adorare Dôminum. **V.** Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus. Glória Patri. Et venimus.

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

**Lectio vij.**

*Cap. 2.*

**C**um natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerusolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ex Homilia 10. in Evangelia.

**M**agnum verò nobis aliquid Magi innunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo namque quod admoniti faciunt, nobis profecto insinuant, quid faciamus. Regio quippe nostra paradisi est, ad quam, Jesu cognito, redire per viam, quæ venimus, prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vêtitum gustando discessimus: sed ad eam necesse est, ut flendo, obediendo, invisibilia contemendo, atque appetitum carnis refrændo redeamus.

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedit eos, donec venient ad locum ubi perierat. • Videntes autem eam, gavisii sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes.

**Lectio viij.**

**P**er aliam ergo viam ad regionem nostram regrêdimur: quoniam quia à paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta revocamur. Unde necesse est, fratres charissimi, ut semper pavidi, semperque suspecti, ponamus

**mus**

mus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc iudicium extrême districtiōnis. Pensēmus, quā districtus iudex veniat, qui iudicium minatur, & latet: terrores peccatoribus intēntat, & tamen adhuc sustinet: & idcirco venire citius differt, ut minus invēniat quod condemnēt.

**R.** Vidētes stellam Magi, gavisī sunt gāudio magno: **¶** Et intrāntes domum invēnerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentēs adorāvērunt eum: **¶** Et apertīs thesauris suis obtulerunt ei mūnera, aurum, thus, & myrrham. **¶** Stella, quam viderant Magi in Oriēte, antecēdebat eos, usque dum veniēns staret supra ubi erat puer. Et intrāntes. Glōria Patri. Et apertis.

## Lectio ix.

**P**uniāmus flētibus culpas, & cum Psalmistae voce, praeveniāmus faciē ejus in confessione. Voluptātum nos ergo fallācia nulla decipiat, nulla vana letitia seducat. In proximo namque est iudex, qui dixit: Vae vobis, qui ridētis nunc; quia lugēbitis, & flēbitis. Hinc enim Salōmon ait: Risus dolori miscēbitur: & Extrēma gāudii luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum deputāvi errorem, & gāudio dixi, Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium ubi tristitia est: & cor stultōrum ubi letitia.

Te Deum laudāmus. 13.

## Ad Benedictus, Antiphona.

Vicimus stellam ejus in Oriēte, & venimus cum muneribus adorare Dōminum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Interrogābat Magos Herōdes: Quod signum vidistis super natum Regem? Stellam vidimus fulgēntem, cujus splendor illuminat mundum.

## QUINTA DIE.

## In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

## Lectio j.

Cap. 14.

**I**nfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Dōmino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuire illum.

**R.** Tria sunt mūnera pretiosa, quae obtulerunt Magi Dōmino in die ista, & habent in se divina mysteria:

**¶** In auro, ut ostendatur Regis potentia: in thure, Sacerdotem magnum considera: & in myrrha, Dominicam sepulturam. **¶** Salutis nostrae autorem Magi venerati sunt in cunabulis, & de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. In auro.

## Lectio ij.

**N**am alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Dōmino sapit: Et qui manducat, Dōmino manducat: grāτίας enim agit Deo. Et qui non manducat, Dōmino non manducat, & grāτίας agit Deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Dōmino vivimus: sive morimur, Dōmino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Dōmini sumus.

**R.** In columbae specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: **¶** Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

**¶** Caeli aperti sunt super eum, & vox

vox Patris intōnuit. Hic est Filius meus.

## Lectio iij.

**I**n hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: ut & mortuorum & vivorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dōminus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus.

**R.** Reges Tharsis & insulae mūnera offerent: **¶** Reges Arabum & Saba dona Dōmino Deo adducent. **¶** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glōria Patri. Reges Arabum.

## In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Homilia 1. de Epiphania.

## Lectio iv.

**I**n hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paterna traditionis instruiamur, multiplici nobis est festivitate letandum. Ferunt enim, hodie Christum Dōminum nostrum vel stellā duce à Gēntibus adoratum; vel invitatum ad nuptias, aquas in vina vertisse; vel suscepto à Joāne baptisate, consecrasse fluentē Jordānis, suumque simul purificasse Baptistam.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: **¶** Et glōria Dōmini super te orta est. **¶** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et.

## Lectio v.

**S**ed quid potissimum praesenti hoc factum sit die, noverit ipse qui fecit: nos tamen credere, nec dubitare debemus, quidquid illud est, factum esse pro nobis. Nam

Para Hyendis.

quod eum fulgentioris stellae raditis incitanti adoraverit Chaldaeus, Deum verum Gēntibus spes data est adorandi. Quod aquae novo sunt ordine in vina mutatae, novi nobis poculi praebitum est sacramentum. Quod autem baptizatus est Agnus Dei, regenerantis baptismi salutarem nobis munus est dedicatum.

**R.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Dōmino annuntiantes. **¶** Alleluia, alleluia, alleluia. **¶** Reges Tharsis & insulae mūnera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Alleluia. **Lectio vj.**

**O**portet itaque nos, fratres, ad honorem Salvatoris nostri, cuius Nativitatem cēbita nuper cum exultatione transēgimus, omni cum devotione etiam hunc virtutum ejus celebrare natalem. Et quam recte tria haec nobis nova acta in die mysteria praedicantur, qui ineffabilia Trinitatis arcana uno Dei sub nomine confitemur. Per haec ergo miracula Christus Dōminus Redemptor noster oculis se voluit revelare mortalium, quatenus invisibilibus ejus divinitas, quae latebat in homine, in opere non latere.

**R.** Magi veniunt ab Oriēte Jerosolymam, quaerentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cuius stellam vidimus? **¶** Et venimus adorare Dōminum. **¶** Vidimus stellam ejus in Oriēte. Et venimus. Glōria Patri. Et venimus.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vij.

Cap. 2.

**C**um natus esset Jesus in Bethleheme Juda in diebus Herōdis regis, ecce Magi ab Oriēte venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Et reliqua.

R

Ho-

Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

**L**ib. 1. *Comment. in cap. 2. Matth.*  
**V**idimus enim stellam ejus in Oriente. Ad confusionem Judæorum, ut Nativitatem Christi à Géntibus discerent, oritur in Oriente stella: quam futuram, Balaam, cujus successores erant, vaticinio noverant. Lege Numerorum librum. Deferuntur autem Magi stellæ indicio in Judæam, ut sacerdotibus à Magis interrogati, ubi Christus nasceretur, inexcusabiles fierent de adventu ejus.

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat. **V.** Videntes autem eam, gavisii sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum, invenérunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoravérunt eum. Videntes.

**Lectio viij.**

**A**t illi dixerunt ei: In Bethlehem Judææ. Librariorum hic error est. Putamus enim ab Evangelista primùm editum, sicut in ipso Hebræico legimus, Judæ, non Judææ. Quæ est enim aliarum Géntium Bethlehem, ut ad distinctionem ejus, hic Judææ poneretur? Judæ autem idcirco scribitur, quia est & alia Bethlehem in Galilæa. Lege librum Jesu filii Nave. Denique & in ipso testimonio, quod de Michææ prophetia sumptum est, ita habetur: Et tu Bethlehem terra Juda.

**R.** Videntes stellam Magi, gavisii sunt gaudio magno: **V.** Et intrantes domum invenérunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoravérunt eum: **V.** Et apertis thesauris suis obtulerunt ei mûnera, aurum, thus, & myrrham. **V.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes. Glória Patri. Et apertis.

**Lectio ix.**

**E**t apertis thesauris suis, obtulerunt ei mûnera, aurum, thus, & myrrham. Pulcherrimè mûnerum sacramenta Juvencus presbyter uno versiculo comprehendit: Thus, aurum, myrrham, Regique, hominique, Deoque dona ferunt. Et responsio accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui mûnera obtulerant Dômino, consequenter responsum accipiunt, non per Angelum, sed per ipsum Dôminum, ut meritum Joseph privilegium demonstraretur. Revertuntur autem per aliam viam: quia infidelitatem miscendi non erant Judæorum.

Te Deum laudamus. 13.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
 Omnes nationes venient à longè portantes mûnera sua, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
 Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, alleluia, alleluia.

**S E X T A D I E.**

**In primo Nocturno.**

De Epistola ad Romanos.

**Lectio j.**

Cap. 15.

**D**ebemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia impropertantium tibi ceciderunt super me. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

**R.** Tria sunt mûnera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Dômino in die ista, & habent in se divina mysteria: **V.** In auro, ut ostendatur Regis potentia: in thure, sacerdotem mag-

magnum considera: & in myrrha, Dominicam sepulturam. **V.** Salutis nostræ auctorem Magi venerati sunt in cunâbulis, & de thesauris suis mysticas ei mûnerum species obtulerunt. In auro.

**Lectio ij.**

**D**eus autem patientiæ, & solati det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unânimes, uno ore honorificetis Deum, & Patrem Dômini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Géntibus Dômine, & nómni tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætâmini Gentes cum plebe ejus. Et iterum: Laudate omnes Gentes Dôminum: & magnificate eum omnes pópuli.

**V.** In columbæ specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: **V.** Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. **V.** Cæli aperti sunt super eum, & vox Patris intónuit. Hic est Filius.

**Lectio iij.**

**E**t rursus Isaias ait: Erit radix Jesse, & qui exurgat regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe: & virtute Spiritus sancti. Certus sum autem: fratres mei & ego ipse de vobis, quóniam & ipsi pleni estis dilectione, repléti omni scientiâ, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mi-

hi à Deo, ut sim minister Christi Jesu in Géntibus: sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Géntium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.

**R.** Reges Tharsis & insulæ mûnera offerent: **V.** Reges Arabum & Saba dona Dômino Deo adducent. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glória Patri. Reges Arabum.

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Fulgéntii Episcopi. Ex Sermone 5. qui est de Epiphania, sub initium.

**Lectio iv.**

**I**pse Deus, qui sibi in veteri Testamento primitias offerri mandavit, homo natus Géntium primitias suo cultui dedicavit. Pastores fuerunt primitiæ Judæorum: Magi facti sunt primitiæ Géntium. Illi de proximo adducti, isti de longinquo rediit. Ubi est, inquit, qui natus est Rex Judæorum? De Herode rege Judæorum filii jam fuerant nati. Archelâus natus est in palatio, Christus in diversorio. Archelâus natus, est in lecto argenteo positus: Christus autem natus, in præsepio est brevissimo collocatus: & tamen ille natus in palatio contemnitur, iste natus in diversorio queritur: ille à Magis nullatenus renatur, iste inventus suppliciter adoratur.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: **V.** Et glória Dômini super te orta est. **V.** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo & reges in splendore ortus tui. Et.

**Lectio v.**

**Q**uis est iste Rex Judæorum? Pauper & dives, humilis & sublimis. Quis est iste Rex Judæorum, qui portatur à parvulus, adoratur ut Deus? parvus in præsepio, immensus in celo: vilis in pannis, pretiosus in stellis.

R 2

Quid

Quid est quod sic turbâris Herôdes? Rex iste qui natus est, non venit reges pugnando superâre, sed moriendo mirabiliter subjugâre. Nec ideo natus est, ut tibi succedat, sed ut in eum mundus fideliter credat. Venit ergo, non ut pugnet vivus, sed ut triumphet occisus.

**R.** Omnes de Saba veniunt, aurum & thus deferentes, & laudem Dômino annuntiantes, Alleluia, alleluia, alleluia. **V.** Reges Tharsis & insulæ mûnera offerent, Reges Arabum & Saba dona addicent. Alleluia.

## Lectio vj.

**P**er iste, qui nunc à Magis dicitur Rex Judæorum, idem Creator est, & Dôminus Angelorum. Quapropter cujus times infantiam nascentis, magis timere debes omnipotentiam judicantis. Noli cum timere regni tui successorem, sed time infidelitatis tue justissimum damnatorem. Ite, inquit, & renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. O calliditas facta, o incredulitas impia, o nequitia fraudulenta! Sanguis Innocentium, quem crudeliter effudisti, attestat tui quid de hoc pœro voluisti.

**R.** Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quærentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? **V.** Et venimus adorare Dôminum. **V.** Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

## Lectio vij. Cap. 2.

**C**um natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrôsii Episcopi.

**Q**uæ sunt ista veræ fidei mûnera? Aurum Regi, thus Deo, myrrha defuncto. Aliud enim Regis insigne, aliud divine sacramentum potestatis, aliud honor est sepulture, que non corrumpat corpus mortui, sed reserret. Nos quoque, qui hæc audimus & legimus, de thesauris nostris talia, fratres, mûnera proferamus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igitur in te ipso quod es, non ex te debes æstimare, sed ex Christo: quanto magis in Christo non tua debes æstimare, sed Christi?

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat. **V.** Videntes autem eam, gavisus sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes.

## Lectio vij.

**E**rgo Magi de thesauris suis offerunt mûnera. Vultis scire quam bonum meritum habeant? Stella ab his videtur: ubi Herodes est, rursus videtur, & viam demonstrat. Ergo stella hæc via est, & via Christus: quia secundum incarnationis mysterium Christus est stella. Orietur enim stella ex Jacob, & exurgit homo ex Israël. Denique ubi Christus, & stella est. Ipse enim est stella splendida, & matutina. Suâ igitur ipse luce se signat.

**R.** Videntes stellam Magi, gavisus sunt gaudio magno: **V.** Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: **V.** Et apertis thesauris suis obtulerunt ei mûnera, aurum, thus, & myrrham. **V.** Stella, quam

quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes. Gloria Patri. Et apertis.

## Lectio ix.

**A**ccepe aliud documentum. Aliâ venerunt via Magi, aliâ redeunt. Qui enim Christum viderant, Christum intellexerant, meliores utique, quam venerant, revertuntur. Duæ quippè sunt viæ: una, quæ ducit ad interitum, alia quæ ducit ad regnum. Illa peccatorum est, que ducit ad Herodem: hæc Christus est, quæ redit ad patriam. Hic enim temporalis est incolatus, sicut scriptum est: Multum incolata facta est anima mea.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Veniunt ad te, qui detrahébant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Admôniti Magi in somnis, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

## SABBATO

Infra Octavam Epiphaniæ.

Ad Vesperas, Capitulum.

Rom. 12.

**F**rattes. Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationale obsequium vestrum.

Hymnus.

**R**udêlis Herôdes, Deum Regem venire quid times? Non eripit mortalia, Qui regna dat cælestia.

Ibant Magi, quam viderant, Stellam sequentes præviam: Lumen requirunt lumine: Deum fatentur minere. Lavacra puri gurgitis Cælestis Agnus artigit: Peccata, quæ non detulit, Nos ablucendo sustulit.

Novum genus potentia: Aquæ rubescunt hydræ, Vinumque jussa fundere, Mutavit unda originem.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui apparuisti Gentibus, Cum Patre, & almo Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

**V.** Reges Tharsis & insulæ mûnera offerent. **R.** Reges Arabum & Saba dona addicent.

Ad Magnificat, Antiphona.

Remansit puer Jesus in Jerusalem, & non cognoverunt parentes ejus, existimantes illum esse in comitatu: & requirebant eum inter cognatos & notos.

## Oratio.

**V**ota, que sumus Dômine, supplicantis populi cælesti pietate prosequere: ut & quæ agenda sunt, videant; & ad implenda, quæ videntur, convalescant. Per Dôminum.

Deinde sit Commemoratio Epiphaniæ per Antiphonam quæ occurrit secundum ordinem dierum infra Octavam.

**V.** Omnes de Saba veniunt, alleluia.

**R.** Aurum & thus deferentes, alleluia.

Nisi dicenda sit Antiphona Omnes de Saba veniunt, tunc enim dicitur **V.** Adorate Deum, alleluia.

**R.** Omnes Angeli ejus, alleluia.

## Oratio.

**D**eus, qui hodiernâ die Unigenitum tuum Gentibus stellâ duce revelasti: concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam spem tuæ celsitudinis perducamur. Per eundem Dôminum.

## DOMINICA

Infra Octavam Epiphaniæ.

Torum Officium dicitur de Epiphaniâ, præter Lectiones, Capitula, Antiphonas ad Benedictus, & ad Magnificat, & Oranonem.

In primo Nocturno ponitur Epis-

tola prima ad Corinthios, quae inferri post Octavam habetur, 268. & legitur de ea sequentibus diebus. Lectiones vero, quae aliquando supersunt de Epistola ad Romanos, eo anno praetermittuntur.

Quando Epiphania in Dominica venerit, Sabbato sequenti fit Officium de Dominica; & Feria vi. Vesperae a Capitulo de Dominica, cum Commemoratio Octavae. In primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola ad Romanos; ut infra: Epistola vero ad Corinthios tunc ponitur ipsa die Dominica in Officio Octavae.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

Lectio i.

Cap. 16.

**C**ommendo autem vobis Phœben sororem nostram, quae est ministerio Ecclesiae, quae est in Cenchris: ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis: & assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit: etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi. Salutem Priscam, & Aquillam adiutores meos in Christo Jesu; (qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctae Ecclesiae Gentium) & domesticam Ecclesiam eorum.

**R.** Hodie in Jordane baptizato Domino, aperti sunt caeli, & sicut columba super eum Spiritus mansit, & vox Patris intonuit. **V.** Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de caelo facta est. Hic est.

Lectio ii.

**R.** Ogo autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones, & offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinat ab illis. Hujusmodi enim

Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.

**R.** In columbae specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: **V.** Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Coeli aperti sunt super eum, & vox Patris intonuit. Hic est.

Lectio iii.

**S**alutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. Salutat vos Caius hospes meus, & universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, & Quartus, frater. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis Amen.

**R.** Reges Tharsis & insulae munera offerent: Reges Arabum & Saba dona Domino Deo adducunt. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Gloria Patri. Reges Arabum.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Sermo 4. de Epiphania.

Lectio iv.

**J**ustum & rationabile, dilectissimi mi, verae pietatis obsequium est in diebus, qui divinae opera misericordiae protestantur, toto corde gaudere, & honorifice ea, quae ad salutem nostram gesta sunt, celebrare, vocante nos ad hanc devotionem ipsa recurrentium temporum lege, quae nobis post diem, in quo coaeremus Patri Filius Dei natus ex Virgine est, brevi intervallo Epiphaniae intulit festum, ex apparitione Domini consecratum.

R.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: **V.** Et gloria Domini super te orta est. **V.** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et gloria.

Lectio v.

**I**n quo fidei nostrae magnum praesidium providentia divina constituit: ut, dum solemniter veneratione recollitur adorata in exordiis suis Salvatoris infantia, per ipsa originalia documenta probaretur veri hominis in Christo orta natura. Hoc enim est, quod justificat impios: hoc est, quod ex peccatoribus facit sanctos, si in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo & vera Deitas, & vera credatur humanitas. Deitas, quae ante omnia saecula in forma Dei aequalis est Patri: humanitas, quae novissimis diebus in forma servi unitus est homini.

**R.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Alleluia, alleluia, alleluia. **V.** Reges Tharsis & insulae munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducunt. Alleluia.

Lectio vi.

**A**d roborandum ergo hanc fidem, quae contra omnes pronuntiabatur errores, ex magna gestum est divini pietatis consilii, ut gens in longinqua Orientalis plagae regione consistens, quae spectandorum siderum arte pollebat, signum nati pueri, qui supra omnem Israel esset regnatus, acciperet. Nova etenim claritas apud Magos stella illustrioris apparuit, & intuituum animos ita admiratione sui splendore implevit, ut nequaquam sibi crederent negligendum quod tantum nuntiabatur indicio.

**R.** Magi veniunt ab Oriente Jerusalem, quærentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam

vidimus? **V.** Et venimus adorare Dominum. **V.** Vidimus stellam eius in Oriente. Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundam Lucam.

Lectio vii.

Cap. 2. f.

**C**um factus esset Jesus annorum duodecim, ascenditibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. in cap. 2. Lucae, in fine.

**A**duodecimo anno, ut legimus, Dominicae sumitur disputationis exordium. Hic enim praedicandae fidei evangelizationi numerus debebatur. Nec otiose immeritum suorum secundum carnem perentum, qui secundum carnem utique sapientia Dei implebatur & gratia, post triduum reperitur in templo; ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede celesti, & honore divino, fidei nostrae se suscitatus offerret, qui mortuus credebatur.

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, anteedebat eos, donec venirent ad locum, ubi puer orat.

**V.** Videntes autem eam, gavisi sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes.

Lectio viii.

**Q**uid est quod me quærebatis? Duæ sunt in Christo generationes: una est paterna, mater altera. Paterna illa divini; mater vero, quae in nostrum laborem, usumque descendit. Et ideo quae supra naturam, supra etatem, supra consuetudinem fiunt, non humanis

R 4

nis



nis assignanda virtutibus, sed divinis referenda sunt potestatibus. Alii enim ad ministerium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quae humana sunt, exigit. Sed cum hic duodecim describitur annorum, illic discipulos habere dicitur; vides matrem didicisse a filio, ne exigeret a validiore ministerium, quae stupēbat in juniore miraculum.

**R.** Videntes stellam Magi, gavisissimi sunt gaudio magno: \* Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & proclidentes adoraverunt eum: \* Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munerum, aurum, thus, & myrrham. **V.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecēdebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes. Glória Patri. Et apertis.

**Lectio ix.**

**E**T venit Nazareth, & erat subditus illis. Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Et miramur, si Patri defert, qui subditur matri? Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est. Attollat licet saevus emissus latebris coluber perfidia caput, & serpentinis evomat venena peccatoribus. Cum dicit se Filius missum, majorem hereticus appellet Patrem, ut imperfec-tum Filium dicat, qui potest habere majorem: ut alienis auxiliis asserat eum, qui mittitur, indigere. Numquid & humano egēbat auxilio, ut materno serviret imperio?

Te Deum laudamus, 13.

**AD LAUDES,**

& per Horas, Antiphona.

**A**n-te luciferum genitus, & ante saecula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit. **Psalm.** Dominus renāvit, cum reliquis, 14. **Añā.** Venit lumen tuum Jerusalem, & glória Domini super te orta est: & ambulabunt Gentes in

lumine tuo, alleluia. **Añā.** Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham, alleluia. **Añā.** Maria, & stumina benedicite Domino: hymnum dicite fontes Domino, alleluia. **Añā.** Stella ista sicut flamma coruscet, & Regem regum Deum demonstrat: Magi eam viderunt, & magno Regi munera obtulerunt.

**Capitulum.**

**Rom. 12.**

**F**Ratres, Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

**Hymnus.**

**O**Sola magnarum urbium Major Bethlem, cui contigit Ducem saeculis caelitus Incorporatum gignere.

Quem stella, quae solis rotam

Vincit decore ac lumine,

Venisse terris nunciat

Cum carne terrestri Deum.

Videre postquam illum Magi,

Eoa promunt munera;

Stratique votis offerunt

Thus, myrrham, & aurum regium.

Regem, Deumque annuntiant

Thesaurus, & fragrans odor

Thuris Sabaei, ac myrrhoe

Pulvis sepulchrum praedocet.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui apparuisti Gentibus,

Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna saecula. Amen.

**V.** Adorate Deum, alleluia.

**R.** Omnes Angeli ejus, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona,**

Remansit puer Jesus in Jerusalem, &

non cognoverunt parentes ejus, existimantes illum esse in comitatu: &

requirebant eum inter cognatos &

notos. **Oratio.**

**V**Ota, quaesumus Domine, supplicantis populi caelesti pietate

prosequere: ut & quae agenda sunt,

vi-

videant; & ad implenda, quae vide-rint, convalescant. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

**Deinde fit Commemoratio de Epiphania, Antiphona.** Hodie caelesti sponso juncta est Ecclesia, quoniam in Jordane lavit Christus ejus crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facta vino latantur convivia, alleluia.

**V.** Omnes de Saba venient, alleluia. **R.** Aurum & thus deferentes, alleluia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stellam duce revelasti: concede propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem Dominum nostrum.

**Ad Tertiam, Antiphona.** Venit lumen tuum. **Capitulum.** Fratres, Obsecro vos, ut supra. 264.

**R. br.** Reges Tharsis & insulae munera offerent, \* Alleluia, alleluia. Reges Tharsis. **V.** Reges Arabum & Saba donec adducant. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Reges Tharsis. **V.** Omnes de Saba venient, alleluia. **R.** Aurum & thus deferentes, alleluia.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Apertis thesauris suis.

**Capitulum.**

**Rom. 12.**

**D**ico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

**R.** breve. Omnes de Saba venient, \* Alleluia, alleluia. Omnes de Saba. **V.** Aurum & thus deferentes. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Omnes de Saba. **V.** Adorate Dominum, alleluia. **R.** In aula sancta ejus, alleluia.

**Ad Nonam, Antiphona,**

Stella ista,

**Capitulum.**

**Rom. 12. b.**

**S**icut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem autem habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Christo Jesu Domino nostro.

**R. br.** Adorate Dominum, \* Alleluia, alleluia. Adorate. **V.** In aula sancta ejus. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Adorate. **V.** Adorate Deum, alleluia. **R.** Omnes Angeli ejus, alleluia.

**Ad Vesperas, Antiphona.** Ante luciferum, cum reliquis de Laudibus. 264. **Psalm.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 100. **Capitulum.** Fratres, Obsecro vos. **Hymnus.** Crudelis Herodes, **V.** Reges Tharsis, ut supra. 261.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Fili, quid fecisti nobis sic? ego, & pater tuus dolentes quaerebamus te. Quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in iis, quae Patris mei sunt, oportet me esse?

**Oratio.** Vota, quaesumus Domine, ut supra. 264.

**Et fit Commemoratio de Epiphania, Antiphona.** Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie stella Magos duxit ad praesepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in Jordane a Joanne Christo baptizari voluit, ut salvaret nos, alleluia. **V.** Omnes de Saba venient, alleluia. **R.** Aurum & thus deferentes, alleluia.

**Oratio.** Deus, qui hodierna, ut supra.

Si Octava Epiphaniae venerit in Dominica, nihil fit de Dominica in ipsa die Octavae, sed tantum in primis Vesperis diei Octavae fit Commemoratio pro secundis Vesperis Dominicae infra Octavam, de qua celebratum est Officium eo die, An-

Antiph. Fili, quid fecisti. *V.* Omnes de Saba. Qui Versus etiam dicitur, quando Octava Epiphaniae venerit in Feria secunda, pro Commemoratione Dominicae in primis Vesperis diei Octavae.

**IN DIE OCTAVAE**

Epiphaniae. Duplex. In primis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Epiphaniae, 239. excepta Oratione, quae dicitur ut sequitur.

**Oratione.**

**D**Eus, cujus Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: presta quaesumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Ad Matutinum, Invitatorium, Hymnus, & Psalmi, ut infra Octavam: cetera dicuntur sicut in die Epiphaniae, praeter Lectiones.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola prima ad Corinthios, quae occurrunt secundum superiorem Rubricam. 261.

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Gregorii Nazianzeni. Orationes in sancta lumina.

**LECTIO IV.**

**N**on possum cohibere laetitiae voluptatem, sed mente extollor, & afficio: & propria pusillitatis oblitus, officium magni Joannis, immo potius famulatum subire contendo, ac gestio: & licet non sim praecursor, de eremo tamen venio. Christus ergo illuminatur, immo potius fulgore suo nos illuminat. Christus baptizatur, simul & nos descendamus, ut cum ipso pariter ascendamus.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: *V.* Et gloria Domini super te orta est. *V.* Et ambulabunt Gentes in lumine tuo,

& reges in splendore ortus tui. Et.

**LECTIO V.**

**J**oannes baptizat, & accedit Jesus, sanctificans quidem & ipsum qui baptizat, praecipue tamen ut & veterem Adam sepeliat in aquis, & ante omnia, ut per haec sanctificetur aquae Jordanis: ut, sicut erat spiritus & caro, ita & his, qui baptizandi erant, in spiritu & aqua sanctificationis successio traderetur. Non suscipit Baptista, contemnit Jesus. Ego, inquit, opus habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solem, & vox loquitur ad Verbum.

**R.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes, Alleluia; alleluia, alleluia. *V.* Reges Tharsis & insulae munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducunt. Alleluia.

**LECTIO VI.**

**A**scendit Jesus de aqua, secum quodammodo demersum edicens, & elevans mundum: & vidit non dividi coelum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluderat, sicut & igneo gladio patricius fuerat conclusus. Spiritus sanctus testimonium perhibet: similia namque sibi ipsa concurrunt. De caelo testimonium defertur: inde enimerat ille, cui testimonium perhibetur.

**R.** Magi veniunt ab Oriente Jerusalem, querentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? *V.* Et venimus adorare Dominum. *V.* Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

**In tertio Nocturno.**

LECTIO sancti Evangelii secundum Joannem.

**LECTIO VII.**

Cap. 1. d.

**I**n illo tempore: Vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et reliqua.

Ho-

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tractatu 6. in Joan. ante medium.

**A**n tequam veniret Dominus, ut baptizaretur a Joanne in Jordane, noverat eum illis vocizari? Ego a te deo baptizari. Sed ecce Dominum noverat, noverat Filium Dei. Unde probamus quod jam noverat, quia ipse baptizaret in Spiritu sancto? Antequam veniret ad fluvium, cum multi ad Joannem currebant baptizari, ait illis: Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, major me est: cujus non sunt dignus corrigiam calceamenti solvere: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Jam & hoc noverat.

**R.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, anteedebat eos, donec venirent ad locum ubi puer erat: *V.* Videntes autem eam, gavisus sunt gaudio magno. *V.* Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes autem.

**LECTIO VIII.**

**Q**uid ergo per columbam didicit, ne mendax postea inveniat, (quod avertat a nobis Deus opinari) nisi quamdam proprietatem in Christo talem futuram, ut, quamvis multi ministri baptizaturi essent, sive justis, sive injustis, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi, super quem descendit columba, de quo dictum est: Hic est qui baptizet in Spiritu sancto? Petrus baptizet, hic est qui baptizet: Paulus baptizet, hic est qui baptizet: Judas baptizet, hic est qui baptizet. Nam si pro diversitate meritum baptismi sanctum est: quia diversa sunt merita, diversa erunt baptismata: & tanto quisque aliquid melius putaret accipere, quanto a meliore videtur accepisse.

**R.** Videntes stellam Magi, gavisus sunt gaudio magno: Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus: & procidentes adoraverunt eum: *V.* Et aperitis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. *V.* Stella, quam viderant Magi in Oriente, anteedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erati. Et intrantes. Gloria Patri. Et aperitis.

**LECTIO IX.**

**P**si sancti (intelligite fratres) boni pertinentes ad columbam, pertinentes ad sortem civitatis illius Jerusalem, ipsi boni in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus: Novit Dominus, qui sunt ejus, diversarum gratiarum sunt, non omnes paria merita habent. Sunt alii aliis sanctiores, sunt alii aliis meliores. Quare ergo si unus ab illo, verbi gratia, justo, sancto baptizetur, alius ab alio inferioris meriti apud Deum, inferioris gradus, inferioris continentiae, inferioris vita: unum tamen & par & aequale est quod acciperint, nisi quia hic est qui baptizatur? Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, per Horas, & ad Vesperas omnia dicuntur sicut in die Epiphaniae, excepta Oratione, quae est Deus, cujus Unigenitus. 266.

Si Octava Epiphaniae venerit in Sabbato, in secundis Vesperis Octavae fit Commemoratio Dominicae secundae post Epiphaniam. Quando autem Septuagesima venerit in prima Dominica post Octavam Epiphaniae, tunc in primo Sabbato post Octavam, non impedito Festo novem Lectionum, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de Feria, in qua ponuntur Responsorium primi Nocturni Dominicae secundae post Epiphaniam, & tres Lectiones

le-

leguntur de Homilia ejusdem Dominica cum ejus Antiphona ad Benedictus & Oratione. Festum vero Semiduplex in ea occurrente transferuntur in primam diem similiter non impeditam.

**DOMINICA PRIMA**  
post Epiphaniam, quae est  
infra Octavam.

In primo Nocturno legitur Epistola prima ad Corinthios, secundum superiorem Rubricam. 267.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j.

**P**Aulus vocatus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Sósthene frater, Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatus in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

**R.** Hodiè in Jordàne baptizato Domino, aperti sunt caeli, & sicut columba super eum Spiritus mansit, & vox Patris intónauit: \* Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de caelo facta est, Hic est Filius meus.

Lectio ij.

**G**Ratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu: quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla gratia: expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi. Fideles Deus: per quem vocati

estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri.

**R.** In columbae specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: \* Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Coeli aperti sunt super eum, & vox Patris intónauit. Hic est Filius meus.

Lectio iij.

**O**bscero autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi: ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab iis, qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sunt Pauli: ego autem Apólo: ego verò Cephe: ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?

**R.** Reges Tharsis & insulae múnera offerent: \* Reges Arabum & Saba dona Domino Deo adducunt. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glória Patri, Reges Arabum.

In secundo & tertio Nocturno leguntur Lectiones Dominicae infra Octavam. 262.

Si verbò dies Octava venerit in Dominica, dicuntur de die Octavae. 266.

**FERIA SECUNDA.**

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 2.

**E**T ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timóre,

& timóre multo fui apud vos: & sermo meus, & praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Lectio ij.

**S**apientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non hujus saeculi, neque principum hujus saeculi, qui destruantur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus saeculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Domini gloriae crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in corde hominis ascendit, quae preparavit Deus iis, qui diligunt illum.

Lectio iij.

**N**obis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quae à Deo donata sunt nobis: quae & loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

**FERIA TERTIA.**

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 5.

**O**mnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur

de medio vestram qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, jam judicavi ut praesens, cum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere hujusmodi satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

Lectio ij.

**N**on est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, & nequitiae: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

Lectio iij.

**S**cripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicariis: non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idollis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exissey. Nunc autem scripsi vobis non commisceri si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idollis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum hujusmodi nec cibum sumere.

**FERIA QUARTA.**

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 6.

**A**udet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis saeculum?